



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Iurisdictione Episcoporum Germaniae

Wintzler, Christoph

Coloniae, 1614

4. Qui eligi possint, & qui non.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10387

14 DE IURISDICTIONE

6. diuersum loquentes concordantur. *Francisc. Marc. Tom. 1. quest. 1337. & seqq.* Secus quam si scienter indignum elegerint, tunc pro ea vice, ipso iure electione priuantur, *c. cum in cunctis. §. clerici. c. innotuit. 20. c. cum Vitonensis. 25. x. de elect.* & ius eligendi ad superiorem deuoluitur, *d. c. quamquam. eod. in 6.*

TITVLVS IV.

Qui eligi possint, & qui non.

1. **I**llegitimi, minores & Episcopi non eliguntur.
2. **I**non laici, coniugati & incatholici.
3. **N**on criminosi.
4. **D**eficientes à religione Catholica cedere debent.
5. **I**us antiquum manet, quamdiu non est mutatum.

1. **O**MNES ii, qui expressè non prohibentur, eligi possunt: prohibentur autem, illegitimi, minores triginta annis *c. cum in cunctis. 7. innotuit. 20. x. de elect.* alterius ecclesiæ Episcopi. *c. fin. x. de postul.* qui omnes interim sub spe dispensationis postulatur, vt *ibi. Dd. & in c. cupientes. §. denique. x. eod. in 6.* Idiotæ, laici, coniugati, vxorem & liberos habentes, alterius quam Catholicæ religionis §. *sancimus. auth. de sanctis. Episcop. col. 9. §. neq, enim idiot. §. & neque vxori, §. prius autem, auth. Quomo. oport.*
- 2.
- 3.

oport. Episc. col. 1. vel alicuius criminis canoni-
 bus inimici c. catinensis dist. 61. vnde anno 1555.
 in pace Religionis, vulgo Religion fried/S. Vnd 4.
 nach dem/ordinatum est, quod deficiens à Ca-
 tholica religione ad Augustanam Confessio-
 nem, Episcopatu & beneficiis cedere, nouæque
 electioni locum dare debeat, sicut Anno 1583.
 in Archiepiscopatu Coloniensi practicum 5.
 est, eoque minus eligitur, cum turpius eicitur,
 quam non admittatur hospes, Etsi ita ordina-
 tum non esset, ius antiquum, quamdiu non
 mutatur, inuiolatum manet, l. precipimus, C. de
 appellat. l. sancimus, C. de Testam.

TITVLVS V.

De Confirmatione Episcopi.

1. **E**lecti ante confirmationem non admini-
 strant.
2. Aliter electi in Germania.
3. Confirmati non ea, quæ sunt ordinis.
4. Pallium plenitudinem officij confert.

ELECTI non possunt administrationem 1.
 dignitatis per se vel alium, pro parte, vel
 in totum gerere vel recipere, nisi à supe-
 riore confirmationem intra tres menses, iuste
 cessante impedimento, petierint, alias iure per
 electionem quæsito priuantur, c. auaritia c. quæ
 sit. x. de elect. in 6. nisi sint valde remoti, vltra Ita- 2.
 liam